Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 489
Quelle:
Copyright:

Inter ſemeſas claſſes, reſolutaque corpora putri
Digeſtu, ſua jam velua (divinat *vel vivus*) *funera diſcens.*
In ſignum ſed enim domini quandoque futurus,
Non erat exitio, ſed coeli gloria factus.

Pro quibus lege cum Codice:

Inter ſemeſas claſſes, reſolutaque putri
Corpora digeſtu ſua jam tum funera diſcens.
In ſignum ſed enim domini quandoque futurus
Non erat exitii, ſed mortis teſtis abactae.

Non ſunt ad manum *Tertulliani Opera Poetica* ab *Andr. Rivino* vulgata *Lipſiae* 1651. 8. ut pronunciare queam, quam felicior fuerit in conſanando *Jona* Vir hic doctus *Jureto.*

Poemati huic adſcripſit *Parrhaſius* Teſtimonia illuſtrium Virorum de *Tertulliano*, ut in melioribus Editionibus fieri ſolet. Verba hic adlata *Lactantii*, *Iſidori*, et quaedam etiam *Hieronymi* in Edit. *ſuprac.* deſiderantur.

II. Praemiſſo Rubro: *Auli Jani Parrhaſii et Amicorum Neapoli in duobus uoluminibus* (nunc uno) *aureis emptus quatuor;* incipiunt a vetuſtiore manu ipſa *Tertulliani* Opera, et quidem *Liber de Carne Chriſti.* Initium: *Qui fidem reſurrectionis ante iſtos ſaduceorum propinquos* &c. Finis: *quale fuerit quod in chriſto reſurrexit.* Extat Edit. *cit.* p. 307.

III. *fol.* 18. p. 2. *Incipit liber de carnis reſurrectione.* Initium: *Fiducia chriſtianorum reſurrectio mortuorum* &c. Finis: *usquequaque potando refrigerabis.* Edit. *cit.* p. 325.

IV. *fol.* 60. *Incipit liber de corona militis.* Initium: *Proxime factum eſt liberalitate praeſtantiſſimorum* &c. Finis: *de ſuorum fide confundat et judicet.* Edit. *cit.* p. 100.

V. *fol.* 69. *Incipit liber ad martires.* Initium: *Inter carnis alimenta benedicti martyres* &c. Finis: *ab aduerſariis eius ſi pro eo ſteterint.* Edit. *cit.* p. 136.

VI. *fol.* 71. p. 2. *Incipit liber eiusdem de penitentia.* Initium: *Poenitentiam hoc genus hominum quod et ipſi* &c. Finis: *in paradiſum ſuum non tacet.* Edit. *cit.* p. 120.

VII. *fol.* 79. p. 2. *Incipit liber eiusdem de uirginibus uelandis.* Initium: *Proprium jam negotium paſſus* &c. Finis: *cujus hoc opuſculum eſt.* Edit. *cit.* p. 172.

VIII. *fol.* 89. p. 2. *Incipit liber tertulliani de habitu muliebri.* Initium: *Si tanta in terris moraretur fides* &c. Finis: *et muliebri corpuſculo bajulare.* Edit. *cit.* p. 149. ubi inſcribitur L. I. *de Cultu Feminarum.*

IX. *fol.* 93. *Incipit liber eiusdem de cultu feminarum.* Initium: